

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

Capituus ob gulam. Emblema XCV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Captivus ob gulam .
EMBLEMA XCV.



REGNATO Rq; penus, mensq; arrosor herilis
Ostrea mus summis vidit hiulca labris.
Quis teneram apponens barbam, falsa ossa momordit:
Ast ea clauserunt tacta repente domum;
Depressum & tetro tenuerunt carcere furcm,
Semet in obscurum qui dederat tumultum.

COMMENTARII.

- I. **I**NTER ostrea quaedam hinc inde in-
centia vnum carteris maius, latius hiat,
quod subiens musculus cibum capere
capitur, & gulae poenas luit.
- II. **E**MBLEMA desumptum est ex epi-
grammate Antiphili lib. 1. Epigram. Graecorum,
tit. εις ζωα. quod hic ferè ad verbum
Latine expressit Alciatus; sic autem
se habet:

παμφάγος ἰσθητὴς καταδόματα λιχνο
βδρος μῦς,
ἄσρεον εὐδρήσας χεῖλεσι πεπαιμένον,
πῶγωνος διερεῖο νόδην ἀδάξατο σάρκα.
αὐτίκα δ' ἑσρακῶεις ἱπλατάγησε δά-
μος.
ἀρμόδιη δ' ἐδύνασιν ἔδ' ἰν κλειθροισεν
ἀεὺκτοῖς
ληθθεῖς, ἀντερόιον † τύμβον ἱεσπὰ † πτόμοθ.
σατο.

Cc Omnia

Omnivorus, repesq; per aedes helluo mus
Ostreum conspicatus labris patens.
Barba madida spurcam momordit car-
nem :

Statim verò testacea crepuit domus,
Aptata [id est, clausa] cruciatibus . at mus
in claustris ineuicabilibus .

Captus, sui interfectorem tumultum cō-
traxit .

*Helluo, & omnivorus, repensque per atria
mus, vs*

*Conspexit tumidis ostrea aperta labris,
Apposuit barbam madidam, spurcasq; mo-
mordit*

Carnes: tum crepuit testea laesa domus .

*Claustra retenturunt captum firmissima-
murem ,*

Interfectorem qui reperit tumultum .

Apud Æsopum etiam mus penum inha-
bitans, vbi victus variorum domini fereu-
lorum asseruabantur, singula corrodens,
vtq; nihil intactum relinqueret, vidit in-
ter alia ostrea huicula, filla, testisq; apertis:
accutit gulæ sectator, & auidè momor-
dit . Ostrea verò laesa repente domum seu
concham ocludunt, capto & strangulato
sue, qui semetipsum in illo obscuro sepe-
luit tumulo .

III.

Pennis .

REGNATORq; penus] Mus incolēs pen-
num . Penus est omne esculentum aut po-
culentum, sed frequēter metonymicos pro
eo loco, in quo asseruantur esculenta que-
uis, accipitur, quo de nomine controuer-
siam repetere non pœnitendam ex Gellio c.
1. lib. 4. Dicitur autem Penus, secundæ &
quartæ declinationis; item Penu, penu. Pe-
num, peni. Penus, penoris .

Mensesq; arrosor herilis] afluētus rode-
re mentas heri seu patrisfamilias .

Ostrea .

Ostrea huicula] hiantia, vel ostreas hian-
tes . Ostrea sunt p̄sces concha aperti, qui
singularem in cibis gratiam habent. De his
Plinium vide lib. 3. c. 6. Ostreotum etiam
mysticam explicationem habes apud Pie-
rium Valer. Hieroglyphic. lib. 28.

Falsa ossa] id est, testam ostreae, quam
ossa esse putabat .

Domum .] Pro cochlea, vel testa, qua
pro domo vitur, idq; metonymicos & ca-
tactesticos .

Deprensam furem .] In iure est ε̄π̄
αὐτῶ φάρος .

Tetro icnuerunt carcere furem] ἀλλο-
γορία à futibus, qui deprehensū conijciun-

tur in carcerem :

Tumulum] μεταφορικῶς tumulum dī
cit, vel à consequenti, quòd perierit forex
in Ostreae testa .

ID videtur propriè in eos esse tortum,
qui lautioris victus ergò se in domos opu-
lentas seruiliter ingerunt, vnde nihil præ-
ter damnum, aut etiam interitum conse-
quuntur: gulam enim in seruitutem per-
trahere docet Lucianus de mercede cōdu-
ctis. Itaque huc non incommodè retulero
illud Horatii, quanquā fortè aliò recidat:
--- qui pauperiem fugiens potiore metallis
Liberitate caret, dominum vehet improbus,
atque

Sorniet æternum qui paruo nesciet vti .

Lyfimachum memoria producit, cum fuisset
in Thracia prælio victus à Dromachete,
ac siti penè enectus, se exercitumque hosti
permisisset, iam desiderio expleto: O Dij,
inquit, quàm pullillæ voluptatis gratia in
seruitutem me ex tanto rege conieci? Vel
in eos quadrabit, qui luxu & gulæ inrem-
perantia mortem præpropteram sibi accef-
sunt; quique, vt vulgo dicitur Gallico, sũ
in dentibus tumulum conficiunt . Hi sunt
ἀρατῆς seu impotētes, qui obiectam cu-
piditatem sectantur: qui à deliciarioribus
bolis nunquam sibi temperant: qui etiam
totos dies in crapula, noctesq; in compo-
tando exigunt. hi sic describantur à Luci-
lio, vt citat Nonius Marcellus:

*Qui sex menses vitam ducunt, Orco spon-
dent septimum .*

Hi saginæ mancipati ad faces & cereos vi-
uunt: dum inter pocula transiguntur no-
ctes, somno impenduntur dies lucis ac te-
nebrarum ordine peruerso. De his puto e-
go Virgilium cecinisse:

*Nosq; vbi primus equis Oriens afflavit an-
helis ,*

Illic sera rubens accendit lumina vesper .

Hos tu exitimas, inquit Seneca, scire quē-
admodum viuendum sit, qui nesciūt quan-
do timēt verò hi mortem, in quam se con-
diderunt: tam insausti homines quam no-
cturnæ aues sunt Licet in vino vnguentis-
que tenebras suas exigant, non conuiuantur,
sed iusta sibi faciunt. Rectè etiam Ci-
cero pro Cælio: Vitium ventris & guttu-
ris, inquit, non solum minuit atatem ho-
minibus, sed etiam aufert. Plures enim vi-
demus gula quàm gladio cadere. Porò
de meritò deprehensū, pœnasq; dignis il-
lud

IV.

*Gulosi in
spontanea lapsi
seruitute.*

Iud proverbio dicitur: *Decipula murem cepit. Quasi dicatur, Lupus in foueam incidit, aut aper in casses. Vide etiam adagium, Maus pieam gustans.*

In garrulum & gulosum.
EMBLEMA XCVI.



VOCe boat torua, pralargo est gutture, rostrum
Instar habet nasi, multiforisq; tuba.
Deformem rabulam, addictum ventriq; gulaq;
Signabit, volucer cum Truo pictus erit.

COMMENTARI I.

I. PINGITVR truo, avis aquatica, quae in qua piscium decem libras ingerit, & aqua vnam. Reddit facile quae ingurgitavit. Quidam aliquando praegravitate cecidit, & captus est, deglutierat enim parvulum puerum Aethiopem.

II. VIDETVR id tractum ex Clementis Alexandrini 2. Pedagogi cap. 1. cuius haec verba: τὸν τοῦν ἐγκοποῦσας τὴν κοιλίαν, τὸ ἰχθυὶ τὴν καλὴν ἐν τῇ μάλισσιν.

CC 2

Alca-
traç.